

Sigismundus Rex Polonia
Carolo Quinto Romanorum Impera
tori.

248
Serenissime ac Excellentissime Princeps. Intelli:
get Vestra Majestas ex hoc Oratore Serenissimi
Domini Ludovici Hungariae et Regis Reverendo
Hieronimo Balbo Praeposito Posoniensi ingens et subi
tum Discrimen in quo Regnum Hungariae sit
constitutum, quo succumbente, quod Omen Do
minus Deus avertat, quia calamitas haec,
non ad vicina solum Regna et Dominia
sed ad universam rem Christianam haud dubie
permaneret. Nosq; id futurum plane providen:
tes, in occasione tanto impendenti malo consulatur
Cognatissimus eidem Oratori Serenissimi Domi:
ni Nepotis nostri, pariter et nostro Nomine
ne cum Vestra Majestate de subveniendo ipsi
Regno Hungariae, ac toti Christianitati con
ferre. Rogamusque plurimum Majestatem
Vestram, ut et fidem illi adhibere, et se ita
comparare dignetur, ut conjunctio nostra mu:
tua, et ingens commune periculum rei Chri:
stianae requirit. Factura Majestas Ve:
stra officium tam se dignum, q; unquam alias
magis necessarium et salutare. Quae
Felicissime valeat et Nos dili:
gat. Datum Et. 1520.

152

Ein Brief an Herrn

1520

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be arranged in several paragraphs.]